MAGNIFICAT

Magnificat * anima mea Dominum: Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est, * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis, * et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misicordia suæ.

Sicut locutus est ad patres nostros * Abraham et semini ejus in sæcula.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculorum. Amen.